

619

I C O D I C E S

620

Edit.

Cod.

et nostram salutem incarnatus.

et propter nostram salutem descendit de coelis et incarnatus.

quia vero natus est.

quia vere natus est.

blasphemis irritum.

blasphemis ad irritum.

in subiectione cum dicitur haec ut —.

in subiectione, quam in patris sentire, Condecet enim hoc, ut —

Ad calcem demum hujus etiam Partis ita Cenfor: Finiui legendo et emendando. die prima Septembris. 1470. Emendare ad plenum non potui propter varia (discrepantia?) exemplaria. emendatior tamen est alijs similibus, quos viderim. Jo. De quo nomine, quod conjectem, non occurrit. Satis vero pro aevo suo praestitisse videtur, quisquis sub illo Jo. latere voluit.

machium et Marcellam. Sunt III. Libri Apologetici adversus Rufinum edit. Vallars. T. II. col. 457. Epistola ad eund. T. I. 81. Epistola beati Anastasii Urbis Rome Episcopi ad Johannem Episcopum Jerosolimorum super Nomine Rufinum (Ruffini). T. II. col. 577. Epistola Hier. ad Vitalem. T. I. 72. Ad Evangelium. 73. Ad Amandum 55. Ad Magnum Oratorem 70. De Reprehensione Tractatum Retici Galli (Rheticii Augustodun. Ep.) Est Epistola ad Marcellam 37. Ad eand. 28. Ad Rufinum 74. Epistola de Seraphim. Est ad Damasum 18. Ad Abigaium. Integra, quae supra truncata. Ad Desiderium 47. Ad Chromatium, Jovinum et Eusebium 7. Ad Theodosium et Ceteros Anachoretas 2. Ad Innocentium 1. Ad Chrysonam (Chryfogonum) Monachum 9. Ad Sabinianum 147. Ad Paulum Senem 10. Tractatus de diversis Generibus Leprarum. Spurius T. XI. col. 232. Ad Paulam 30. Ad Marcellinum et Anapsiam (Anapsychiam) 126. Ad Sebastianum. Scripta a Paulino et Therasio (Therasia?) extat T. V. edit. Maur. Opp. Hieronymi col. 218. Ad Lucium (Lucinium) Beticum 71. Ad Tirasum. Spuria T. XI. col.

CCCVIII.

H. 27 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 322. 4. maj. nitidissime exaratus, titulis purpureis, et literis initiorum deauratis et picturatis speciosus inscribitur: Incipit Liber Quorundam (sic) Epistolarum Jeronimi. Ne vero meras expectes Epistolas; haec enim Series est: Epistola in edit. Vallarsii, quam sequor, T. I. 34. ad Marcellam, nobis prave inscripta ad Paulam. Tractatus Beati Jer. de Tribus Virtutibus, spurius T. XI. col. 87. Epistola ad Avigavim. 76. nobis truncata. Ad Paulinum 85. Ad Pammachium 48. Ad eund. et Oceanum 84. Prefatio Rufini in Libris Periarcho (περι Αρχων) 80. Liber beati Hieronimi ad Pam-

col. 261. *Ad Sunniam et Fretellam* 106. *Paulæ et Eustochii ad Marcellam* 46. *Ad Principiam* 127. *Ad eandem* 65. *Ad Afellam* 45. *Ad Theodoram Spanam* 75. *Ad Marcellam* 43. Adhaeret et huic Exemplo Elogium *Bethlehem*, de quo ibi *Vallarsius not. c.* Ad eandem 24. Ad eandem. Spuria T. XI. col. 31. *Altercatio Luciferiani et Orthodoxi.* T. II. col. 171. Ad calcem: *Expliciunt Epistole Beati Jeronimi.*

II. fol. 212. *Incipiunt Sermones Beati Jeronimi. Et primum de Nativitate Domini.* Init: *Hodie verus sol ortus est &c.* T. XI. col. 208. *De Epiphania.* Init: *Dies epiphaniarum greco nomine &c.* col. 209. *De Quadragesima.* Init: *Quomodo miles semper &c.* col. 210. *De Parasceve.* Init: *Hodie fratres karissimi populus israel &c.* col. 212. *De Die dominica Resurrectionis.* Init: *Non quo fratres karissimi &c.* col. 215. *De Psalmo CXVII.* Init: *In omni psalterio &c.* col. 200. *De Resurrectione Domini.* Init: *Exulta caelum et in letitia esto terra &c.* col. 204. *Vnde Supra.* Init: *Beneficia Dei nostri &c.* col. 205. *In Assumptione Sancte Marie Virginis.* Init: *Cogitis me o Paula et Eustochium &c.* col. 92. *Sermo ad Paulam et Eustochium et ad reliquas Virgines cum eis degen-*

tes. Init: *Scientes fratres dilectissimi auctori nostro &c.* col. 110. En igitur *Sermones X.* perperam a piis Indoctis olim *Hieronymo* adscriptos, a *Vallarsio* in T. cit. repositos, praevisque *Monitis* instructos, e quibus, arbitro saepe *Erasmo*, difces, quid de iis, eorumque veris Autoribus probabiliter conjectari possit.

III. fol. 245. ἀνεπιγραφως *Hieronymi Libri II. adversus Jovinianum.* Ineunt: *Pauci admodum dies sunt, quod sancti ex urbe fratres &c.* et finiunt: *epicuri luxuriam susceperunt.* Subditur: *Vbertinus de Rota.* De quo, si quidem Librarius fuit, dolendum, aut mendoso Exemplari nimium religiose adhaesisse, aut minus ingenio et latinae linguae peritia valuisse, quam calami elegantia. Quae in marginibus quandoque notantur, levia sunt.

CCCIX.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3069 XIII. Folior. 94. f. bene perscriptus, rubricis illustratus, quondamque *sancte Marie virginis in parvmgartenperig ord. Cistercien.* sequentia complectitur: I. *Incipit Liber Sancti iheronimi Contra Jovinianum.* Praeunt *Capitulationes Libri Primi*, et sequentes *Versus:*

Suscipiat deuota fides hæc uerba piorum,
 Quæ nobis fidei præstant cognoscere callem,
 Excludunt erroris iter sub dogmate uero,
 Ac pandunt secreta dei miracula cunctis.

Vestra